



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1657

§. 82. Apparuit autem illi Angelus de cœlo confortansem. v. 43.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

piemus, ac si dixisset, juxta secundam explicationem, peto ex amore patris & humani generis dissolui & esse anathema; sanguinem meum fundere, & corpore meo exsugere, nihilominus ita affectus ipsum, ut hoc ipsum fieri vel non fieri in arbitrio patris deponam. Frustrum etiam, qui depositionem corporis mei, & sanguinis effusionem se qui potest, etiam si ego eum velim latissime parere & propagari, tamen in manu & dispensatione patris mei, uti me ipsum, relinquo.

O Admirabilem resignationem! verè insolita apud nos ista fuit reverentia patris. Ego istam considerans pudore suffundor & dolore pudore quia mei iudicii & propriae voluntatis ita sum tenax; dolore, quod pro me tam parum ago, & video tantum pro me laborare Filium Dei, Dominum meum.

§. 82. Apparuit autem illi Angelus de caelo confortans eum. v. 43.

Quando nam hic Angelus Domino apparuerit, Lucas non expectavit, utpote qui omnes horum orationes in unam massam convolvit. In spiritum ergo ceteros, si forte ex eis ordo aliquis elucescat. Elucescit autem hic quod Lucas ultimam orandi vicem potissimum expresserit, uti Mattheus & Marcus primam & secundam vicem orantis. Conferat istas qui volent, & inveniet. Sed quomodo Angelus confortabat creatorem suum? mira res, puerum confortare robustum parentem suum!

Sed agnosce, o homo, in Domino, duplicem naturam, divinam & humanam in una persona. Quod secundum divinam non poterat Angelus, poterat secundam humanam spectans, si volebat, qui infirmitates nostras assumpsit, & solatia non est abominatus nostra, passus est, refectus est, portatus est ab hominibus, imo a daemonio translatus, quidni ab Angelo bono acciperet solatiū, à quo & ministerium, nullius egens humaniter accipit. Non sicut superbi, Hi à nullo si possent, vellent opem praestolari, ne cogantur agnoscere beneficentiam alienam, qui volunt stabilire suam gloriam.

§. 83. Et factus in agonia v. 43.

Agon est angor eorum qui in certamen descendunt, uti docent A. d. Græci ac Latini, qui angor cum in quibusdam futuri æque ac suæ fortunæ in scisci, magnopere autem se suaque reputantibus solet esse exanimatus, plerumque Agonia pro ea anxietate accipitur, quæ est ad mortem, & animi consternationem atque deliquium, cum igitur Dominus noster in Agonia